

cundum recoquit: & alia minus commodè dicta  
immiscet: ac præter inanem ταυτολογίαν nimiam  
etiam prolixitate Confessionis modum excedit.

8. Præbuit hæc mutatio hostibus veritatis cavil-  
landi segetem valde uberem: ut cum primis vide-  
re est apud And. Fabritium Leod: inconstantia &  
Pelagianismi nostras Ecclesias hoc nomine aperte  
insimulantem.

9. Sic enim ille scribit: Viden', quam egre-  
giè Spiritus ille nequam (Confessores nostros  
iste nequam sic appellat) sibi consentiat?  
Hic enim in prototypo dicit, quod Spiritus  
Sanctus fidem efficiat: In altera vero edi-  
tione affirmat, quod, postquam nos fide  
ereximus, simul detur Spiritus Sanctus.

Harm. C.  
Aug. f. 51.

10. Et post pauca infert: Quid hoc est aliud,  
quàm πελαγιαρίζειν? Quid hoc est aliud,  
quàm initia, & perfectionem justificatio-  
nis nostræ proprijs viribus adscribere?  
Nam si velint dicere, quod, possimus nos  
fide erigere sine Spiritu Sancto: Falsum  
igitur est, Quod per fidem detur: Antea  
enim habebatur.

11. Et sanè Autorem posterioris illius editio-  
nis nonnihil intricatius de fidei donatione,  
quasi ea sine Spiritu Sancto fiat, disseruisse: ne ipsi  
quidem diffiteri possimus: & viderint Φιλιππί-  
ζοντες,